

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Maio

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)

M A I O.

Equæ cum pullis, boues saginandi, vaccæ, aliæque animalia pascuis immittuntur.

Equarum admissura adhuc durat: Rapacea mensis alicubi.

Apium hoc mense feri Palladius tradit.

Butyrum & casei conficiuntur.

Aræ hoc mense & panimenta sternuntur commodè; nam & caloribus instantibus siccantur, & bestiarum calcibus minus laeduntur.

Parietes delutantur.

Tecta villarum, stabulorumq; sarciantur.

Argilla cõscitur, luna decrecente. Vitru.

Lateres ducuntur. Pallad.

Ovium admissuram ab Idib. Maij usque XIII. Calend. Augusti probant Varro & Columella. nam 5. mensibus partum fert ovis. At nostri tempus certum non statuunt, & hybernos agnos præferunt, quia locis quibusdam bis pariunt. Vide Mensẽm Augustum.

Herbis inutilibus, carduis, lolio, caterisq; noxiis segetes & pascua liberantur utiliter.

Etiã nunc figuntur lupulo salictario palii, quorum adminiculo subrepat.

Pisca-

Piscationi commodum tempus maximè
anguillarum, trutarum, cancrorum, ac
pusillorum pisciculorum in riuis ac flumi-
nibus.

Herbe percolantur, & excoquantur di-
stillationibus.

Acetum fit rosaceum, sambuceum, atque
omnium generum: Rosatum quoque: (Vi-
de Palladium:) Item conditanea varij
generis: Oleum rosaceum, liliacum &c.

Equi purgantur viridibus herbis.

Fimus egeritur letificando restibili agro.

Fœnum vernum alicubi metitur ad fi-
nem huius aut sequentis mensis initium.

IVNIO.